

1271 Lanx stannea magna, rep. in *Welney, Norfolk*; diam. circ. dig. 29, pondo librarum Anglicarum 30. *It is very richly ornamented with designs produced apparently by chisels struck with the hammer. In the scroll ornament seem to be, in letters introduced by intervals, the words*

VTERE FELIX

A. Way et A. W. Franks in epistula scripta m. Febr. a. 1870; S. S. Lewis *archaeol. journ.* 27, 1870 p. 98 ss.

Lectio tam incerta est, ut fuerint qui mera ornamenta esse dicerent, quae aliis visae essent litterae esse.

1272 In vasculo stanneo simili, atque ea, quae composui n. 1270; de eius origine non constat, praeterquam quod certo Britannicum est, non externum; inscriptum est signum christianum

✠
infra
pavones duo

A. Way in epistula scripta m. Febr. a. 1870.

LXXX. VASCULA VITREA.

Vaseula vitrea anaglyphis ornata, quorum argumenta solent petita esse ex ludis circensibus aut ex arena, atque inscripta aurigarum vel gladiatorum nominibus in Gallia et Germania prodierunt non ita pauca; ex Britannia duo adhuc innotuerunt (n. 1273. 1274). Praeterea non desunt omnino vaseula ex vitro simpliciora, quibus opificum nomina, ut videntur,

Vasculum vitreum repertum circa valli Britannici stationem *Cambeckfort (Waltonhouse; supra p. 151)*; servatur in *Lazonby Hall*.

AKTAIWN

G. Smith *gent. mag.* 11, 1740 p. 650 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 113; Hodgson 2, 3 p. 216); Bruce *wall* p. 438, lapid. n. 463.

1273 Poculum vitreum colore viridi sine ansis, altum paene dig. 3 eiusdemque latitudinis supra, infra paullo minoris, rep. ante paucos annos Camuloduni (*Colchester, Leaden road*). Servabat ibi Pollexfen parochus; nunc est in museo Britannico. Anaglypha in fascias duas distributa infra quadrigas quattuor sinistrorsum actas cum metis duabus, supra spinam circi cum suis ornamentis exhibent; in margine superiore leguntur nomina quattuor aurigarum sic:

HIERAX VA OLYMPAE VA ANTILOCE VA CRESCES AV

Descripsi et edidi act. acad. Berol. a. 1868 p. 87.

Olympae rustice scriptum est pro *Olympe*.

Hierax va(le), *Olympae va(le)*, *Antiloce va(le)*. *Cresces av(e)*

Valere iubentur tres victi, avere victor. Ita enim avere vocabulum proprie usurpari praeter alia peritis non ignota hic docet versus Martialis, poetae circensis, 3, 95, 14 *iam iam tu prior es, Naevole. Vincis, ave*. De anaglyphis similibus ludorum circensium diximus ego *annal. instit. archaeol. Rom.* 35, 1863 p. 135 ss. et K. Zangemeister *ibid.* 42, 1870 p. 232 ss. Cf. etiam F. Keller *archaeol. journ.* 20, 1863 p. 331 ss.

1274 In *Hartlip*, prope *Danesfield, Kent* vasculum vitreum coloris viridis anaglyphis ornatum (*embossed glass*) rep. a. 1848 inter parietinas villae Romanae; ubi servetur nondum potui resciscere. Altum est circiter 0,10; anaglypha in fascias duas distributa supra ludos circenses, infra munus gladiatorium exhibent. Litterae dicuntur esse evanidae.

MEN CRECEM
desultor bigae meta

MES HER MVS
gladiator gladiator

C. R. Smith *gent. mag.* 34, 1850 p. 30, collect. ant. 2, 1852 p. 17 ss. (inde Wright *the Celt* p. 227); Bland *assoc. journ.* 5, 1850 p. 371. Memoravi act. acad. Berol. a. 1868 p. 87.

CRECEM videtur male lectum pro CRESCENS vel potius CRESCES. HERMVS potest esse HERMVS aut HERMAS (A inverse posita).

Men(ophilus sive Mena)? Cresce[s]
[Cle]mes [Th]ermus?

1275 *Chesterford, Essex*. In fundo vasculi vitrei, litteris extantibus.

A P

R. C. Neville *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 127 ligno incisam.

1275 a *Faversham, Kent*. In fundo vasculi vitrei, quod servat Evans.

FELIX FECIT

A. W. Franks indicavit, Evans misit delineatam.

1276 *Dentworth, parish of Funtington, Sussex*, in operculo phialae vitreae rep. a. 1857; litterae in circulo scriptae sunt circa figuram feminae stantis. Servatur in museo Britannico.

LRIMOL

Sussex archaeol. collections 10, 1858 p. 173; *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 102.

LXXXI. PONDERA. EXAGIA. STATERAE.

Monumenta eius generis inscripta paene omnino deficiunt in museis Britannicis; ne prorsus exularent ab hac sylloge effossiones Viroconienses effecerunt, unde duo pondera certa (n. 1277) prodierunt; incertum est Glevense (n. 1278). Ut locum commodum invenirent praeterea hic collocavi monumenta lapidea, quae forma ponderibus similia sunt (n. 1279.

1280); sed cuinam usui inservierint nondum definitum est ita, ut nulla restet dubitatio (cf. quae de iis adnotavit Fr. Ritschelius *antike Gewichtsteine in Bonn. Jahrb.* 41, 1866 p. 9 ss.). Certae antiquitatis sunt staterae duae numeris inscriptae (n. 1281. 1282), quas cum ponderibus apte componi posse putabam.

1277 Viroconii (*Wroxeter*) inter alia prodierunt ex effossionibus pondera duo lapidea, quibus numeri insunt ex aere caelati

a librae I
b uncia- II
rum duarum

Th. Wright et H. Johnson *Archaeol. Camb.* ser. III 5, 1859 p. 259.